Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/323040

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

6

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BARTHOLDI JACOBI LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO - TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES ARNOLDUS AEMILIUS GUILIELMUS VAN RAPPARD

ZUTPHANIENSIS,

DIE III M. FEBRUARII A. MDCCCLI HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCLI.

THESES

I.

Liberi, ex matrimonio putativo, quod dicitur, nati, in Jure Romano legitimi non habentur.

II.

Lex XIV Dig. *de rebus creditis* conciliari nequit cum lege IX, § 1. Dig. de SCto Macedoniano.

III.

Historica rei ratione et praesumta Imperatoris voluntate perpensa, probabilior videtur

Azonis sententia, qui hereditatem inter liberos fratrum, in capita dividendam esse censebat.

IV.

Hypothecae legales et judiciales Cod. Napol. recte in nostro Cod. Civ. non amplius inveniuntur.

V.

Is, qui veniam aetatis impetravit, executor testamentarius esse potest.

VI.

Recte rescissio propter laesionem enormem, quae secundum Cod. Napol. locum habebat, in nostro Cod. Civ. non est recepta.

VII.

Art. 1950 Cod. Civ. spectat illos, qui tempore, quo testimonium dicendum est, famuli sunt rei.

VIII.

Renuntiatio in art. 1985 Cod. Civ. non spectat *praescriptionem acquisitivam* (usucapionem), sed unice *praescriptionem exstinctivam.*

IX.

Jus, artt. 80 et 81 Cod. Merc. commissionario concessum, est jus pignoris.

X.

Art. 255 Cod. Merc. non est probandus.

XI.

Si incendium, culpa filii minoris apud adsecuratum inhabitantis, ortum est, adsecurator solvere tenetur.

XII.

Art. 321 Cod. Merc. intelligendus est de damno *ante* derelictionem facto.

XIII.

Nulla recte constituitur poena in eum, qui ob qualemcunque demum causam, sponte et ultro a perficiendo delicto abstinuit.

XIV.

Recte legislator Franc. A. 1832 constituit art. 304 Cod. Poen. homicidii voluntarii non teneri eum, qui, sine animo occidendi, unice voluerit vulnerare.

XV.

Poena in art. 18 Specim Cod. Poen. A. 1847 nimis severa videtur, quod ad temporis spatium attinet.

XVI.

Verba art. 22 Cod. Quaest. Crim. *zijn ambtshalve belast* non ita interpretanda, quasi magistratus Ministerii publici debeant persequi qualemcunque querelam.

XVII.

Verbis art. 311 Cod. Quaest. Crim. *prinsen en prinsessen van het koninklijk geslacht*, rex non intelligitur.

XVIII.

Regis Administri a jure suffragii in Comitiis Regni (Staten-Generaal) excludendi erant.

XIX.

Occupatio insulae *Laboean* ab Anglis mente foederis, die 17 mens. Martii A. 1824 inito Britanniam inter et regnum Belgicum contraria, non verbis.

XX.

Non assentior iis, qui dicunt, societatem mercatoriam (Handel-Maatschappij), inde ab anno 1832, magna cum industriae, tum mercaturae nostrae, afferre commoda.

1901357